Et mittuntur duo cardinales s(ilicet) dominus Benedictus Gaetani et dominus Gerardus de Parma, qui super negocio nichil facere potuerunt. Concordaverunt tamen clerum cum rege, propter quod aliqui putant eos principaliter missos.

MCCXX[!]. Cogitavit Soldanus Meloch msor[2] de Syria exterminare Christianorum reliquias et facto apparatu in itinere mortuus est successitque illi filius Seraph, qui patrem assumpsit propositum eo maxime motus quia XIX mercatores Saraceni a cruce signatis in Ptholomayda contra treugarum fidem occisi sunt. Et MCCXCI. obsedit Achon V.° Aprilis et dicitur habuisse in suo exercitu XL[m] equitum et CLX[m] peditum. Et machinis demolitus est muros. Venit autem rex Henricus obsesse[o] in auxilium cum CC equitibus et CCC[c] peditibus. XVIII. Madii intra civitatem Saraceni violenter irruperunt. Tunc Christiani fugam capiunt versus mare. Rex autem et magistri III mansionum et Johannes de Grilli et ceteri bella-

[1] idem C.

[2] i. patrem C.

[3] idem C.